Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



primo eo. consul properans forum. petit ardua tecta. atque in medium iussit
deduci scam. Illa uero perducta cepit assistere. mente ualens. ore iocunda.
uultuque nitescens. Quam consul aspiciens. blandis eam sermonibus alloquens
ait. Magnis estis ex stemmatibus orti. decet uos amici cesaris effecti. eius
iussa complentes. magnas diuicias optinere. Cur deos non pauetis. ac
deorum et cesaris iussa contempnitis. quod fedantes uiram pgeniem turpiter
sclm uernans perditis. Hec audiens beata felicitas dixit. Verba que dixisti
aures nras tetigerunt. sed neque quam ad intima cordis nri pertingere possunt.
Unus enim immensus quem colimus mundi conditor. lux sine fine. deus et sapientia totus.
cui succedunt tempora. quo ipse credidit illa. qui dat temporaneas pluuias
ut primat germina terra. et lignis pomiferis inmittit dulcia mella. dul
cesque sapores atque nitores. diuersisque pecco coloribus fecundam copiam donat. cui
imperio sol igneus illuminat arua. et luna cum stellis nocturnas temperat horas.
et ruptis nubibus ardentia fulgura iactat. ac mutat menses. estusque rigores;
Hic homines castos diligit. et uera loquentes. in quorum cordibus non est dolus. sed omnia
pura. simplicitas. pietas. pax. et sapientia uera. Veraciter sacrilegus est. qui hunc
iouem credit regnare per orbem. Vos quidem falso crimine plures damnatis.
certe sine fine a cruentis penis dampnabimini. sempiterna mancipatur
gehenna. Certius credito nrm quia nulla uirtute retrouertimus cursum. quo nec
aspera uerba corda nra perterrent. nec prospera mulcent. Scam itaque spes nra
corpora uegetat. digneque tuetur. que semel dno offerimus. quamque uerba seua
mineris. non uales spem nram et fidem minare. quia xpi nomine securi. su
peramus insidias hostis. Tunc consul contumaci uultu. clara uoce respondit.
O miseranda nimis. cui nulla est spes salutis. saltem permitto natis uenantis scli
gaudia frui. ut gliscat etas per annos. et uernet senecta. Mox illa oculos
palmasque tetendit ad celum dicens. Hi digne cupiunt uiuere post funera mortis
si super omnia obseruent precepta nra. ut colant regem celi et terre cui imperio
cuncta formantur. Huius enim sinus omnia cingit. et nulla regio uel ambitus eum
claudit. omnium elementorum creator et auctor. Si uero dm abnuerint qui super omnia
regnat. et uocauerint deos cecos surdosque palma hominis factos et sculptos
de robore et lapide. uel alios aurigeros. quos arte periti finxerunt. et in hac fu
erunt deuoluti stulticia. ut credant dm habitare per lignum. uel quodcumque me
tallum. quod nullo ordine fieri potest. indubitanter instigiam paludem mittuntur.
ubi dirus coluber potestatem accepit. sacrilegos inenarrabili cruciatu tenere.
Pomposa illusio est. cum uidetur larua dare falsa responsa sub spe iouis aut
ueneris. uel aliorum quorum ossa sepulchra tenent. et eos crudeliter tartara seua contorquent.